

*oblongis trinerviis margine scabris, involucri basi canescentis squamis exterioribus ovato-oblongis acutis involucri interiori brevioribus, acheniis a medio lanuginoso-papposis sulcato-costatis; costis solidis puberulis.*

Hab. In den Sandsteinschluchten zwischen Agatme und Karagata 16. April 1842 (florens et fructificans).

An praecedentis varietas? Exceptis signis in diagnosi indicatis praecedenti simillima. Folia minus carnosa. Achenia nondum matura, nec tamen nigricantia ut in illa; lana rufescens nec grisea. Si vero hanc pro antecedentis varietate haberem, etiam sequentes formas illi adjungere necesse erit.

**797. Scorzonera acrolasia Bge.**

*Sc. (Epilasia) annua, canescenti-molliter pilosa; caule 1 — 3 cephalo, foliis ovato-oblongis tri-quinquenerviis margine undulato-crispis vel planis parce denticulatis, involucri basi canescentis squamis exterioribus ovatis involucri interiori brevioribus, acheniis ipso apice lanuginoso-papposis ecostatis subtetragonis basi scabriusculis.*

Hab. In Jaman-Kisil-kum 22. April 1842; — ? im Kisilkum 29. April 1842 (flor. et fructificans).

Praecedenti praeter achenia simillima. Achenia vero diversissima, nondum matura cum pappo fere 8 lineas longa; achenio ipso  $2\frac{1}{2}$  lineari, maxima ex parte nudo, parce puberulo, paulo infra apicem lanato-papposo. Pappi setae numerosiores, accedunt nempe setae 5 breviores a lanuginis squamulis haud omnino ad apicem usque in lanam solutis, vix distinctae; lana parcior, superne albida, basi rufescens. Specimen unicum in arenis Kisil-kum collectum paululum abhorrens caule ramoso, ramis divaricatis, lana paulo crebriore, cinerascens-grisea, medium quasi inter hanc speciem et *Sc. ammophilam* m. (v. i.).

**798. Scorzonera cenopleura Bge.**

*Sc. (Epilasia) annua, canescenti-tomentosa, ramosa; foliis lineari-oblongis utrinque attenuatis margine serrulato-scabris tri-quinquenerviis, involucri floccoso-tomentosi squamis exterioribus oblongo-lanceolatis inaequalibus aliis capitulum superantibus, acheniis a medio dense lanuginoso-papposis albo nigroque vittato-costatis; costis albis planis cavis.*

Hab. In den Lehmgründen des südlichen Kisil-kum 29. April 1842 (florens et fructificare incip.).

Habitu robustiore, caule in uno e speciminibus tribus vix florente fere 10-pollicari, foliis 2 —  $3\frac{1}{2}$  pollices longis, medio interdum usque ad pollicem dimidium latis, a caeteris abhorrens, praesertim vero disinctissima acheniorum structura. Achenii nempe pars inferior haud lanata brevis,  $1\frac{1}{2}$  lin. circiter longa, lineam fere lata, costis 5 nigris, acutis, et inter has striis 5 albis, longitudinaliter cavis instructa, altera pars, huic longitudine aequalis, lana grisea fere semipollicari obiecta; pappi setae 5 fragillimae, demum eyanidae, apice pectinato-plumulosae lanam superantes.

**799. Scorzonera ammophila Bge.**

*Sc. (Epilasia) annua, glaberrima, ramosa; foliis lineari-oblongis utrinque attenuatis*

*trinervis dense cartilagineo-serrulatis, involucri glaberrimi squamis exterioribus elongatis capitulum superantibus lanceolato-linearibus serrulatis, squamis interioribus 5 membranaceis, acheniis inaequaliter subtetragonis retrorsum scabriusculis apice lanuginoso-papposis.*

Hab. Am Jan-Darja 2. Mai; in der Sandsteppe am Kuwan-Darja 7. Mai 1842 (florens et fructificans).

Glabritie omnium partium, colore pallidiorē fere flavo-virente a ceteris omnibus recedit. Structura acheniorum omnino fere ut in *Sc. acrolasia*, lana tamen crebriore et setis pappi quinis tantum.

Fere semipedalis ramosa. Folia inferiora saepe plusquam tripollicaria supra medium 4 lineas lata basin versus longe attenuata, margine creberrime serrulato-denticulata. Folia involucralia exteriora plerumque tria inter se inaequalia, omnia vero capitulum excedentia extimum saepe sesquipollicare, omnia cartilagineo-denticulata; involucri interioris squamae late ovato-lanceolatae, tenuiter membranaceae; margine hyalinae, stramineae, tenuissime striato-nervosae, intimae angustiores, septem lineas circiter longae. Corollulae pallidae, videntur lacteae. Antherarum tubus brevis atro-violaceus. Achenii pars nuda fere  $2\frac{1}{2}$  lineas longa, superne linea dimidia angustior, nigricans. Apex achenii anulum lanam excipientem brevissime superans, lanugo rufescenti grisea; pappi setae 5, fragillimae, lanuginem superantes, ut in caeteris speciebus \*).

800. **Picris hieracioides L.** Ledeb. fl. ross. II. p. 798.

Hab. Kalkfelsen bei Tabinsk 11. Juli (forma angustifolia), in den Thälern des Tanyp an Waldrändern 22. Juli, zwischen Ufa und Birsck 19. Juli 1839 (foliis dentatis, capitulis minus numerosis, involucri glabriusculis vel nigro hispidis); Berge bei Woskressensk 9. Juli, an den Ufern der Belaja 7. Juli 1839 (foliis sinuatis, capitulis majoribus numerosioribus, involucri squamis intimis canescentibus).

*Subtribus Lactuceae.*

801. **Lactuca undulata Led.** fl. ross. II. p. 802.

Hab. Am Ufer des Caspischen Meeres bei Airakli 22. Mai 1840 (fructificans); in der Lehmschlucht des südlichen Kisil-kum 29. April 1842 (florens); auf Felsenschutt beim Brunnen Tiumen-bai 19. April 1842 (vix florens, glabra et varians foliis infra cauleque pilosulis).

\*) Species quinque facile sequenti modo distinguendae:

- |    |   |                        |
|----|---|------------------------|
| 1. | Achenia a medio lanata (Hemilasia) 2.                                     |                        |
|    | “ apice tantum lanata (Acrolasia) 4.                                      |                        |
| 2. | “ costata, costis solidis 3.  |                        |
|    | “ costata, costis 5 albis cavis . . . . .                                 | <i>Sc. cenopleura.</i> |
| 3. | Folia linearia, involucri squamae exteriores capitulo longiores . . . . . | <i>Sc. hemilasia.</i>  |
|    | “ lineari-oblonga “ “ breviores . . . . .                                 | <i>Sc. intermedia.</i> |
| 4. | Canescens, involucri squamae exteriores capitulo breviores . . . . .      | <i>Sc. acrolasia.</i>  |
|    | tota glaberrima “ “ longiores . . . . .                                   | <i>Sc. ammophila.</i>  |